

ΑΝΑΣΤΑΣΙΟΥ,

ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΘΕΟΥΠΟΛΕΩΣ, ΚΑΙ ΚΥΡΙΑΛΟΥ, ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ,

ΕΚΘΕΣΙΣ ΣΥΝΤΟΜΟΣ ΤΗΣ ΟΡΘΟΔΟΞΟΥ ΠΙΣΤΕΩΣ *.

ANASTASII

PATRIARCHÆ THEOPOLITANI, ET CYRILLI ALEXANDRINI

COMPENDIARIA ORTHODOXÆ FIDEI EXPLICATIO.

(Biblioth. Patrum t. XI, p. 104.)

Catechista. Heus tu, cujus es religionis?

Catechumenus. Christianus sum.

Catec. Quis est vero Christianus?

Catech. Qui ex Dei voluntate vivit et pie, et ita ut Deo placere studeat : bene denique se gerit.

Catec. Quod ad Deum attinet, quot naturas profiteris?

Catech. Unicam.

Catec. Quamnam?

Catech. Deitatem.

Catec. Quid est Deus?

Catech. Essentia cujus nullus est auctor, causa omnipotens : cui prorsus nihil desit : omnis denique causæ et naturæ superessentialis causa.

Catec. Quomodo credis?

Catech. Credo in unum Deum Patrem, et in unum Filium, ac Deum, ex Deo ac Patre genitum : et in unum Spiritum sanctum, Deum ex Patre procedentem.

Catec. Qua re differt Filius a Patre?

Catech. Hypostasi, quatenus Pater est inginitus, Filius autem genitus. Est enim ex Patre.

Catec. Spiritus sanctus vero quonam differt a Patre et Filio?

Catech. Hypostasi, quatenus procedit.

Catec. Ergo consequenter in tres deos credis?

Catech. Absit.

Catec. At certe in tres naturas?

Catech. Minime.

Catec. Atqui tres deos recensuisti : quomodo igitur inquis, Absit?

Catech. Atqui etiam si tres recensui, tria tamen dico propter triplicem coessentialis et individue Trinitatis subsistentiam. Nam et Pater est unus Deus, et Filius est unus Deus, et Spiritus sanctus

A *Κατηχιστής.* Ποίας θρησκείας εἶ, ἄνθρωπε;

Κατηχούμενος. Χριστιανός εἰμι.

Καὶ τί ἐστὶ Χριστιανός;

Ὁ κατὰ Θεὸν ζῶν, καὶ εὐσεβῶς καὶ θεαρέσκως, καὶ χρηστῶς πολιτευόμενος.

Ἐπὶ τῆς θεολογίας πόσας φύσεις ὁμολογεῖς;

Μίαν.

Ποίαν ταύτην;

Θεότητα.

Τί ἐστὶ Θεός;

Οὐσία ἀναίτιος, αἰτία πάντων τῶν ὄντων, ἡγουν παντοδυνάμενος, παναγκής, πάσης αἰτίας καὶ φύσεως ὑπερούσιος αἰτία.

Καὶ πῶς πιστεύεις;

B Πιστεύω εἰς ἓνα Θεὸν Πατέρα, καὶ εἰς ἓνα Υἱὸν καὶ Θεόν, τὸν ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς γεννηθέντα· καὶ εἰς ἓν Πνεῦμα ἅγιον, παρὰ Πατρὸς ἐκπορευόμενον Θεόν.

Κατὰ τί διαφέρει ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρὸς;

Κατὰ τὴν ὑπόστασιν· καθό ἐστὶν ὁ Πατὴρ ἀγέννητος, ὁ δὲ Υἱὸς γεννητός· ἐκ τοῦ Πατρὸς γάρ.

Κατὰ τί διαφέρει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ;

Κατὰ τὴν ὑπόστασιν, καθό ἐστὶν ἐκπορευτόν.

Καὶ λοιπὸν εἰς τρεῖς θεοὺς πιστεύεις;

Μὴ γένοιτο.

Ἀλλὰ τρεῖς φύσεις;

C Οὐχί.

Καὶ μὴν τρεῖς θεοὺς ἡρίθμησας· καὶ πῶς λέγεις, Μὴ γένοιτο;

Ἀλλὰ εἰ καὶ τρεῖς ἡρίθμησα, ἀλλὰ τὰ τρία διὰ τὸ τρισυπόστατον τῆς ὁμοουσίου Τριάδος καὶ ἀδιαιρέτου λέγω. Ἐπεὶ τοιγε εἰς Θεὸς ὁ Πατὴρ, καὶ εἰς Θεὸς ὁ Υἱὸς, καὶ εἰς Θεὸς τὸ ἅγιον Πνεῦμα· καὶ μία

* Textum Græcum deprompsimus ex opere cui titulus : SS. Athanasii, Basilii, Anastasii, Cyrilli et Phœbadii Opuscula. Excudebat Henricus Stephanus anno 1579, Geneva, etc., pag. 425.

θεότης ἐν τῇ συν ὑποστάσειν ὀρίζεται, καὶ μία οὐσία, καὶ βασιλεία, καὶ δύναμις, καὶ φύσις.

Καὶ τί ἐστὶν οὐσία;

Πρᾶγμα αὐτοῦπαρκτον, μὴ δεόμενον ἐτέρου πρὸς τὴν αὐτοῦ σύστασιν.

Τί ἐστὶ φύσις;

Τὸ καθολικὸν πρᾶγμα καὶ περιεκτικὸν τῶν ὑπ' αὐτὴν ὑποστάσεων. Ἡ οὕτως Ἀληθὴς ὑπαρξὶς πραγμάτων ὡς εἶναι οὐσίαν, φύσιν, μορφὴν, ἐν καὶ τὸ αὐτὸ πρᾶγμα.

Πόσας ὑποστάσεις ἐπὶ τῆς Θεότητος ὁμολογεῖς;
Τρεῖς, Πατέρα, Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα.

Τί ἐστὶν ὑπόστασις;

Οὐσία μετὰ τινων ιδιωμάτων, ἀριθμῷ τῶν ὁμοιῶν διαφέρουσα. Τουτέστι πρόσωπον ὁμοούσιον. Πρόσωπα δὲ λέγομεν ἐπὶ Θεοῦ ἀσώματα καὶ ἀσχημάτιστα.

Τί ἴδιον ἐκάστης τῶν τριῶν ὑποστάσεων, καὶ τί κοινόν;

Ἰδιον μὲν Πατρὸς τὸ ἀγέννητον, Υἱοῦ δὲ τὸ γεννητὸν, Πνεύματος δὲ τοῦ ἁγίου τὸ ἐκπορευτόν· κοινὸν δὲ ἡ θεότης καὶ ἡ βασιλεία.

Πόσας φύσεις ὁμολογεῖς ἐπὶ τῆς οἰκονομίας;

Δύο· θεότητα καὶ ἀνθρωπότητα· ὡς εἶναι τὸν αὐτὸν Υἱὸν, Θεὸν τέλειον, καὶ τέλειον ἄνθρωπον.

Πόσας φυσικὰς θελήσεις καὶ ἐνεργείας ἐπὶ Χριστοῦ ὁμολογεῖς;

Δύο· μίαν θεϊκὴν, καὶ μίαν ἀνθρωπίνην.

Τί ἐστὶ θέλημα θεϊκόν;

Τὸ καθαίρειν τοὺς λεπρούς· ὡς τὸ, «Θέλω, καθάρθῃτι·» καὶ τὰ τοῦτοις ὅμοια, καὶ τὸ, «Ὑπαγε, καὶ ὡς ἐπίστευσας, γεννηθήτω σοι.»

Τίς ἐστὶν ἐνέργεια θεϊκὴ;

Τὸ σωθῆναι πάντας ἀνθρώπους καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν· ὡς τὸ, «Ὁ Πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, καὶ ἐγὼ ἐργάζομαι.»

Τί ἐστὶ θέλημα ἀνθρωπικόν;

Τὸ ζητῆσαι πιεῖν· ἢ καὶ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ γέγονε, καὶ τὸ αἰτῆσαι φαγεῖν· ὡς τὸ, «Ἐχετέ τι βρώσιμον ἐνθάδε;»

Τίς ἐστὶν ἐνέργεια ἀνθρωπίνη;

Τὸ ἰδοιπορῆσαι, τὸ κοπιᾶσαι, καὶ τὰ τοιαῦτα.

Πόσας ὑποστάσεις ἐπὶ τῆς περὶ τοῦ Υἱοῦ ὁμολογίας ὁμολογεῖς;

Μίαν· ὡς εἶναι τὸν αὐτὸν ἕνα Υἱὸν Θεοῦ καὶ Υἱὸν τῆς Παρθένου.

Κατὰ τί κοινωνεῖ ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι;

Κοινωνεῖ κατὰ τὴν φύσιν τῆς θεότητος αὐτοῦ, καθότι ἐστὶ τέλειος Θεός· κοινωνεῖ δὲ καὶ τοῖς ἀνθρώποις κατὰ τὴν φύσιν τῆς ἀνθρωπότητος αὐτοῦ, καθότι ἐστὶ καὶ ἄνθρωπος τέλειος.

¹ Joan. v, 17. ² Luc. xlii, 41.

A est unus Deus, et unica deitas in tribus hypostasibus statuitur, et unica essentia, unicum regnum, unica potentia et natura.

Catec. Quid est autem essentia?

Catech. Res quæ per se est, neque altero indiget ad hoc ut ipsa subsistat.

Catec. Quid est natura?

Catech. Res universalis, et hypostases sibi subiectas complectens. Aut sic definito: Vera existentia rerum, ut essentia, natura, forma, sint una et eadem res.

Catec. Quot hypostases agnoscis in deitate?

Catech. Tres, Patrem, Filium, et Spiritum sanctum.

Catec. Quid est hypostasis?

Catech. Essentia cum suis quibusdam proprietatibus, ab iis quæ ejusdem sunt speciei numero differens, id est, persona coessentialis. Personas autem in Deo dicimus incorporeas et omnis figure expertes.

Catec. Quidnam est singulis istis tribus hypostasibus proprium? quid item commune?

Catech. Proprium est Patris, ingenuitum esse: Filii vero, genitum esse: Spiritus sancti, processio. Communis autem illis est deitas, et commune regnum.

Catec. In œconomia (id est, incarnationis mysterio) quot naturas profiteris?

Catech. Duas: deitatem et humanitatem; ut idem Filius sit perfectus Deus et perfectus homo.

Catec. Quot naturales voluntates et actiones in Christo profiteris?

Catech. Duas: unam divinam, alteram humanam.

Catec. Quæ est voluntas divina?

Catech. Purgare leprosos: ut, «Volo, purgator:» et cætera hujusmodi: ut et illud, «Vade et fiat tibi sicut credidisti.»

Catec. Quæ est actio divina?

Catech. Ut servantur omnes homines, et ad veritatis notitiam perveniant, ut illud: «Pater meus usque nunc operatur, et ego operor¹.»

Catec. Quæ est voluntas humana?

Catech. Potum quærere, quod etiam in cruce accidit: et cibum expetere, ut illud: «Habetis hic aliquid edulii²?»

Catec. Quæ actio humana?

Catech. Iter facere, fatigari, et similia.

Catec. Quot hypostases in fidei de Filio professione profiteris?

Catech. Unicam; ut idem et unus sit Filius Dei et Filius Virginis.

Catec. Quid commune habet Filius cum Patre et Spiritu sancto?

Catech. Communem habet cum illis naturam suæ deitatis quatenus est Deus perfectus: communem vero cum hominibus habet naturam humanitatis suæ, quatenus est homo perfectus.

Catec. Quid est Deus?

Catech. Si vis nosse quid sit Deus et quomodo sit adorandus, attente ausculta, et veritatem cognosce. Patris, Filii et Spiritus sancti unum est consilium, sapientia una, potentia una : neque unus quidem exstitit ante sæcula, alter vero post sæcula, sed simul Pater, et Filius, et Spiritus sanctus : Filius in Patre, et Spiritus in Filio, co-hæret enim hæc natura; unde una est natura, et una Deitas : distincta quidem in tres hypostases, sed in unitatem occurrens, habitu essentiae ratione. Idcirco etiam cum Patrem dicimus, et Filium ac Spiritum sanctum profitemur, unicum Deum dicimus. Est vero Deus commune nomen Patri, Filio, et Spiritui sancto : Pater vero, et Filius, et Spiritus sanctus, non sunt communia nomina, sed propriæ singulorum hypostases. Pater enim non dicitur Filius, nec Filius dicitur Pater, nec Spiritus sanctus vocatur Pater aut Filius : at Deus semper Trinitas appellatur. Itaque cum tres hypostases sive tres personas dicimus, non dicimus tres essentias sive tres naturas, sive tres deos : sed unum Deum, unam essentiam, sive unam naturam profite-mur, ne arianizemus. Et rursus cum unam essentiam sive naturam dicimus, non dicimus unam hypostasim, ne sabellianizemus : sed tres hypostases sive tres personas in una deitate, unam essentiam et naturam credimus. Est autem Deus, essentia quæ omnem contemplationem superat, mens quæ comprehendere nequit, pulchritudo cuius ratio ante nulla iniri potest, magnitudo quæ cerni non possit, gloria omnem cogitationem effugiens. Filius est ineffabilis proles, sermo nulla ratione explicabilis, mens insuperabilis, essentia invariata, natura inaccessa, character subsistens. Spiritus est intellectualis et simplex, subtilis, planus ac pellucidus, omnis noxæ et maculæ expers, et omnia intuens. Imago Patris est sol, radius Filii, radii calor est Spiritus sancti. Itaque sol est Pater, radius Filius, splendor ignitus est Spiritus ille prorsus sanctus. Et sol quidem nunquam cælum deseruit : Filium autem ut radios, splendorem videlicet ab ipso refulgentem, emisit in terram et Spiritum sanctum, ut calorem quo superiorem et inferiorem mundum undequaque foveret et bonis cumularet. Ita nobis cogitandum est de unica in tribus hypostasibus Deitate. Natura, essentia, forma simul eadem est, hypostasis et persona idem est. Et essentia quidem sive natura id quod commune est designat : hypostasis autem sive persona, quod singulorum proprium est declarat. Ut (exempli gratia sic dicamus) in homine, omnes homines unius et ejusdem naturæ sumus, una et eadem natura omnium est : siquidem omnes homines ex anima intellectuali et corpore constamus : hypostasibus vero multis, et infinitis et innumerabilibus. Et Petrus ac Paulus unius et ejusdem sunt naturæ, hypostasibus autem diversis : et naturam quidem inter se communem habent, dividuntur autem hypostasibus sive personis.

A Τί ἐστὶ Θεός;

Εἰ θέλεις γινῶναι τί ἐστὶ Θεὸς καὶ πῶς προσκυνεῖται, ἀκουσον νοῦνεχῶς, καὶ γινῶθι τὸ ἀληθές.

Πατὴρ, Υἱὸς, καὶ ἅγιον Πνεῦμα βουλὴ μία, σοφία μία, μία δύναμις. Οὐχ ὁ μὲν πρὸ αἰώνων, ὁ δὲ μετ' αἰῶνας, ἀλλ' ἅμα Πατὴρ, Υἱὸς καὶ ἅγιον Πνεῦμα, Υἱὸς ἐν Πατρὶ καὶ Πνεῦμα ἐν Υἱῷ· συν-ῆπται γὰρ ἡ φύσις. Ὅθεν μία ἡ φύσις καὶ μία ἡ θεότης· διαιρουμένη μὲν εἰς τρία διὰ τὰς ὑποστάσεις, εἰς μονάδα δὲ καταντῶσα διὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον. Διὰ τοῦτο καὶ Πατέρας λέγοντες καὶ Υἱὸν καὶ Πνεῦμα ἅγιον ὁμολογοῦντες, ἓνα Θεὸν λέγομεν.

Τὸ δὲ Θεὸς ὄνομα κοινὸν ἐστὶ τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Τὸ δὲ Πατὴρ, καὶ Υἱὸς καὶ ἅγιον Πνεῦμα, οὐ κοινὰ ὀνόματα, ἀλλ' ἰδίαις ἐκάστου ὑποστάσεως. Ὁ γὰρ Πατὴρ οὐ λέγεται Υἱὸς, καὶ ὁ Υἱὸς οὐ λέγεται Πατὴρ· καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὔτε Πατὴρ, οὔτε Υἱὸς προσαγορεύεται. Θεὸς δὲ αἰεὶ ἡ Τριάς ὀνομάζεται. Λέγοντες οὖν τρεῖς ὑποστάσεις, ἥτοι πρόσωπα τρία, οὐ λέγομεν τρεῖς οὐσίας, ἢ τρεῖς φύσεις, ἢ θεοὺς τρεῖς, ἀλλ' ἓνα Θεὸν, μίαν οὐσίαν, ἥτοι φύσιν, ὁμολογοῦμεν, ἵνα μὴ ἀρειανίσωμεν. Λέγοντες δὲ μίαν οὐσίαν, ἥτοι φύσιν, οὐ λέγομεν μίαν ὑπόστασιν, ἵνα μὴ σαβελλιανίσωμεν. Ἀλλὰ τρεῖς ὑποστάσεις, ἥτοι τρία πρόσωπα, ἐν μιᾷ θεότητι, οὐσίαν μίαν καὶ φύσιν πιστεύομεν. Θεὸς ἐστὶν ἀθεώρητος οὐσία, ἀκατάληπτος νοῦς, ἀμήχανον κάλλος, ἀόρατον μέγεθος, ἀπαιρόνητος δόξα. Υἱὸς ἐστὶν ἄρρητον γέννημα, ἀμύθευτος λόγος, ἀνυπέρβλητος νοῦς, ἀπαράλλακτος οὐσία, φύσις ἀνεπιχείρητος, χαρακτήρ ἐνυπόστατος. Πνεῦμα ἐστὶν νοερὸν καὶ ἀπλοῦν, λεπτὸν, σαφές, καὶ τρανὸν, ἀπήμαντον, ἀμόλυντον, καὶ πανεπίσκοπον. Εἰκὼν τοῦ Πατρὸς ὁ ἥλιος, ἀκτὶς ἡλίου ὁ Υἱὸς, θερμὴ τῆς ἀκτίνος τὸ παράκλητον Πνεῦμα. Καὶ οὕτως ἥλιος ὁ Πατὴρ, ἀκτὶς ὁ Υἱὸς, αἴγλη πυραυγῆς τὸ πανάγιον Πνεῦμα. Καὶ ὁ μὲν ἥλιος οὐδέποτε κατέλιπε τὸν οὐρανόν, Υἱὸν δὲ ὡς τὰς ἀκτῖνας ἀπέστειλε, τὸ ἀπύγασμα ἐπὶ τῆς γῆς, τὴν δὲ θερμὴν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, περιβάλλειν καὶ εὐεργετεῖν τὸν ἄνω καὶ τὸν κάτω κόσμον. Τοιούτῳ δεῖ τρόπῳ ἐννοεῖν καὶ περὶ τῆς ἐνιαίας τριυποστάτου θεότητος· φύσις, καὶ οὐσία, καὶ μορφή ὁμοῦ ἡ αὐτὴ ἐστὶν ὑπόστασις καὶ πρόσωπον ταυτόν ἐστιν. Καὶ ἡ μὲν οὐσία ἥτοι φύσις τὸ κοινὸν χαρακτηρίζει, ἡ δὲ ὑπόστασις ἥτοι τὸ πρόσωπον, τὸ ἴδιον ἐκάστου σημαίνει. Ὡς ἐπὶ ἀνθρώπου, φέρε εἵπωμεν, ὅτι καὶ πάντες ἄνθρωποι μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς φύσεως ἐσμεν, μία καὶ αὐτὴ φύσις παρὰ πᾶσιν ἐστὶν. Πάντες γὰρ ἄνθρωποι ἐκ ψυχῆς τε νοερᾶς καὶ σώματος συνεστήκαμεν, ὑποστάσεων δὲ πολλῶν καὶ ἀπείρων καὶ ἀναριθμήτων. Καὶ Πέτρος καὶ Παῦλος μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς εἰσι φύσεως, ὑποστάσεων δὲ διαφόρων. Καὶ κοινωνοῦσι μὲν ἀλλήλοις κατὰ τὴν φύσιν, διαιροῦνται δὲ κατὰ τὰς ὑποστάσεις, ἥτοι τὰ πρόσωπα.

Et Petrus ac Paulus unius et ejusdem sunt naturæ, hypostasibus autem diversis : et naturam quidem inter se communem habent, dividuntur autem hypo-